

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

De praeparatione Martis

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

De preparatione Martis.

Mars etiam per hunc modum melius præparatur. Calcinetur, quemadmodum Venus cum sale communi mundato: Calcinatus cum aceto puro lavetur: Lotus ad solem desiccetur: & desiccatus iterum cum novo sale & aceto teratur & imbibatur, & ad eundem furnum reponatur per duos dies, ut de Venere factum est. Solutum honora, quia est aqua sulphuris fixi mirabiliter colorem elixir augmentando. Et hæc de imperfectorum corporum præparatione dicta sufficient.

De perfectorum corporum subtiliatione, & primo de Sole in speciali modo.

Perfecta vero corpora non indigent præparatione quantum ad perfectionem, cum perfecta sint: Sed ut magis subtilientur & attenuentur. Ideo talis eis præparatio est adhibenda. Accipiatur Sol in laminas tenues productus, & ponatur cum sale communi optime præparato ac mundato solenter in vase calcinationis, & collocetur in furno calcinando bene per tres dies, vel donec totum fuerit subtiliter calcinatum. Deinde extrahatur, & multum bene teratur, & cum aceto lavetur, & desiccetur ad solem. Postea teratur bene cum medietate sui salis armoniaci mundati, & ponatur ad solven.